



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

6. An Abbates, & alij Prælati inferiores habentes jurisdictionem Ordinariam
etiam nullus Diœcesis, gaudeant facultate absolvendi, & dispensandi ex
Concilio Tridentino sess. 24. c. 6. Et an Capitulum, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

300. Tract. III. De Potestate Episcoporum,

Episcopi; quod videtur significare illud verbum, •
Episcopis inferiores.

§. 3. At vero Eminentissimi Cardinales in Ecclesiis titulorum suorum, comprehendantur in hoc Decreto sub nomine Episcopi, negat Bonacina de Cen-

Quæ nunc
inveniuntur
in tom. 9.
ut p. Ref. 37.
& in alio §.
ex Ref. clus
annos.

sur. diff. 7. quest. 5. punct. 1. num. 7. sed vide me ipsum in 5. part. tract. 2. Ref. 39.

RESOL. VI.

An Abbates, & alij Prelati inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, etiam nullius Diaœesis, gaudent facultate absoluendi? & dispensandi ex Concilij Tridentini scilicet 24.C.6.

Et an Capitulum Sede vacante habeat facultatem dispensandi, & absoluendi concessam Episcopis?

Et docetur supradictam facultatem competere etiam Superioribus Regularibus circa suos subditos. Ex P.4. tr. 4. & Mifc. Ref. 211.

Sup. hoc le-
ge doctrinæ
precedens
Ref.

§. 1. Negatius respondet Gratianus in discept. fo-
r. renf. cap. 44. num. 2. Toletus lib. 1. cap.
83. num. 5. Aragon. in 2.2. quest. 88. art. 12. Suarez
in 3.4. art. tom. 4. disput. 30. scilicet 2. num. 6. & tom. 5.
disput. 41. scilicet 2. num. 7. Ledesma in summa tom. 2.
tract. 1. c. 6. post conclusio 2. diff. 1. & alij.

2. Sed affirmatiuam sententiam docet Henriquez
lib. 6. cap. 16. num. 1. Flores de Mena var. resolut. lib.
3. quest. 24. num. 18. Auila de cens. part. 7. disp. 10.
dub. 10. Sanch. in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 5.
Duardus in Bulla Cane lib. 3. §. 2. quest. 8. num. 5.
Moneta de communi. vñl. 1. volunt. cap. 5. num. 45.
Sigismundus a Bononia tract. de elect. dub. 1. num. 8.
& alij afferentes, facultatem, quam habent Episcopi
ab soluendi à censuris, & dispensandi super irregu-
laritate occulta, &c. ex vigore Concilij Tridentini
comperire etiam alij Prelatis habentibus iurisdi-
ctionem, quali Episcopalem; vnde puto utramque
sententiam probabilem esse.

Sup. primo
huius §. infra
en. tr. 5. Ref.
19 & 20.

3. Notandum est etiam hic obiter contra Bonaci-
nam de cens. disput. 7. quest. 5. punct. 1. num. 6. &
Altherium de cens. tom. 2. disp. 8. de suspensi. cap. 3.
ver. ex eodem, Capitulum Sede vacante habere fa-
cultatem dispensandi, & ab soluendi concessam Epis-
copis in dicto loco Concilij Tridentini. Ita Sanchez
de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 10. Garfias de benefic.
part. 7. cap. 11. num. 21. Beja part. 4. cap. 1. cap. 37. Say-
rus in claus Regia lib. 2. cap. 11. num. 84 & alij. Sicut
etiam contra Amendarium in addit. ad recopil. leg.
Nauarr. lib. 1. tit. 18. leg. 7. de irregularitate, num. 50.
Garfias dicto cap. 11. num. 13. & 20. Ledesma vñl.
supra, post conclusio 20. difficult. 3. Suarez, & alios,
dicendum est supradictam facultatem competere
etiam Superioribus Regularibus circa suos subditos.
Ita Henriquez loco citato, §. 8. & lib. 7. cap. 25. scilicet 2.
Rodriguez tom. 1. quest. 61. art. 9. Molina tractat.
disp. 61. num. 4. & 5. Sanchez vñl. supra, numer. 7.
Vecchius in praxi Novitiorum disput. 9. à n. 4. & alij.

Sup. hoc ma-
gis late in
tom. 7. tr. 1.
Ref. 291.

Et quid dicendum est, si facultas absoluendi, aut dis-
pensiandi, que non est in immmediato Religionis
Prelato, esse in Provinciali, aut alio Superiori
Religionis, an tunc Episcopus absoluere non pos-
set de consensu Superioris immediati, nisi accede-
ret etiam consensu Provinciali aut Superioris?

RESOL. VII.

An Episcopus ex licentia Superiorum possit uti fa-
cilitate huius Decreti cum Regularibus exem-
piis?

Et quid dicendum est, si facultas absoluendi, aut dis-
pensiandi, que non est in immmediato Religionis
Prelato, esse in Provinciali, aut alio Superiori
Religionis, an tunc Episcopus absoluere non pos-
set de consensu Superioris immediati, nisi accede-
ret etiam consensu Provinciali aut Superioris?

Et si Prelatus Religionis absolutione, aut dispensa-
tione indiget, an posse Episcopo se subicie, si
cui potest suos subditos? Ex part. 7. tr. 2. Ref. 6.

§. 1. Negatius responderet Rosella, verb. Absolu-
tio 3. num. 8. Angelus, vers. Excommu-
nicatio 5. cap. 1. num. 40. & vers. Exemptio, num. 9. Tertio
& Tabiena codem vers. quest. 6. num. 7. & Armilla
num. 9. Rodriguez, in qd. Regular. tom. 2. quest. 63.
art. 10. & tom. 1. quest. 36. art. 5. Ledesma, in Sum-
ma tom. 2. tract. 1. cap. 6. post. 20. concil. difficult. 3.
& alij penes ipsos. Probatur haec opinio, quia in
exemptione non solum exempti favor est, sed etiam
Superioris, id est, Pontificis eximenti, per quam
exempti sibi immediata subiecit; quare sua inter-
ret conferuate hanc immmediata subiectionem. Er-
go in hoc eventu non habet locum regula textus in
cap. ad Apostolicam, de Regularibus, & l. In
conservando, C. de Episc. & Cler. vt valeat quis renun-
ciare favori pro te introduco: illa enim haber lo-
cum, quando pro se solo est introductus favor. Et
confirmatur, quia hoc exemptionis beneficium non
est personale, sed totius religionis. Non ergo priuati Prelati consensus sufficit ad cedendum
illi, & subiecidum Religiosum Episcopo. Quippe
hac ratione decernitur, cap. si diligenter, desor. com-
pet, non posse Clericum contentire in Iudicem lai-
cum: ibi: Cum non sit beneficium hoc personale,
cui renunciare valeat, sed potius toti Collegio Ec-
clesiastico publicè si iudicatum, cui priuatorum pa-
tio derogare non potest. Deinde Episcopus per hoc
Decretum nequit absolutionis, aut dispensationis
beneficio vti, nisi in subditos. Sed Prelatus religio-
nis nequit Religiosum exemptum per Pontificis
subieccre Episcopo. Ergo. Et haec sententia est satis
probabilis.

2. Sed contraria non minus probabilem esse
existimo. Et ratio est quia exemptio Religiosorum
est potissimum inducta in fauorem Religionis, vt
eius Religiosi quietius Deo familiantur, & ne passim
ab Ordinariis perturbentur, vnde in iis, que quietem,
& fauorem Religionis concernunt, non debent
esse peioris conditionis, quam alij de eadem Diocesi
non exempti: Nec ratione conlona, vt exemptionis
priuilegiorum in hoc casu contra eius finem operer-
tur, impeditis hanc subiectionem. Atque idem in
his ita fauorabilibus censem per epicheiam tota
Religio consentire. Et confirmatur ex cap. Luminoso
1. quest. 2. vñl. habetur Episcopum de consensu
Abbatis posse exercere iurisdictionem in Monaste-
rio exemplo. Tandem, quia Corduba in priuilegiis
Mendicantium compendio, insuis additionibus, verbo
Absolutio ordinaria quo ad fratres, §. 1. testatur
dueria esse Pontificis priuilegia concedentia hanc
subiectionem Episcopo de Superioris licentia facien-
dam, vt ab ipso impetretur absolutione. Quare quid-
quid sit de iure, saltem Religiosi frumentis priuilegiorum
Mendicantium, possent virtute eorum priuilegiorum
se subieci ad eum effectum, obtenta Superioris li-
centia. Et idem tenet hanc sententiam Auila, de Conf.
parte 2. cap. 7. disp. 1. dub. 6. Henriquez lib. 10. de
Sacram. Ordinis, num. 2. & in Goffa litera H. Su-
arez de Panteria, disput. 30. scilicet 2. numer. 3. & c.
Cens. disp. 41. scilicet 2. num. 12. Molina de inst. tom. 4.
disp. 61. num. 4. Trullench. in Decal. tom. 1. lib. 1.
cap. 3. dub. 4. num. 6. & alij penes ipsos. Quæ quidem
omnia extenduntur, vt idem licet aliquando ex ta-
cita Religionis licentia, vt si Prelatus sit impeditus,
quia est excommunicatus denuntiat, aut obiit, aut
longè absit, nec est alius eius vicis gerens. Immò &
quandoque sufficit praesente Prelato, nec impedito,
vt quando ille iniuste denegaret licentiam, petitanum
Religioso.